

villa Numeke recepi concambio cum eis, consilio et permissione Wichmanni Magdeburgensis archiepiscopi coram Ottone fratre meo seniore Misnense marchione advocato montis et ceteris fratribus meis Heinrico, Dedone, Friderico, assensu filii mei Conradi facto datis videlicet eidem claustro parrochia in Ilburch et eiusdem castri mei capella cum omnibus pertinentiis suis, ut fratres amplificatis in partibus illis prediis eorum utilitatibus suis commodius providere possent. Ad capellam pertinent Culszhowe villa et silva et duo molen-
 dina, Gostelize villa, Vuelpride villa, Ninewze villa et quinque mansi in Rithe. Super hæc ne huius concambii mei occasione servitium dei in aliquo negligeretur, prefatas ecclesias in Numeke cum sex mansis et decimatione beato Petro et fratribus resignavi exceptis maioris ecclesie turribus, quibus et ipsa villa Conradum fidelem meum, uxorem et filios eius inbeneficiavi. Et ut in posterum sepe nominatos fratres et eundem Conradum et heredes suos nemo super his inquietare vel gravare presumat, presentem paginam conscribi et sigilli mei inpressione roborari feci. Hii autem sunt testes. Odelricus castellanus de Witin et filii eius. Odelricus. Conradus. Egelolfus. Adelbertus de Crozuk et Dedo frater eius. Godescalcus de Scudiz. Tidericus advocatus de Merseburc. Bertoldus de Schipize et frater eius Maroldus. Heinricus de Rodethowe et fratres eius Lambertus et Otto. Erkenbertus de Genseuorde. Tidericus de Gothinize. Tammo de Lizzowe. Bertoldus de Witin. Ministeriales. Wernherus marscalcus. Bodo de Scouerenze et fratres eius Heremannus, Volkmarus et Anno. Tidericus de Beieristorp. Walterus de Chulme. Heremannus filius Lupranni. Actum in Sereno Monte pridie kal. mai anno dominice incarnationis MCLXI, indictione VIII.

(SJD.)

299.

Kaiser Friedrich I. erneuert dem Hochstift Passau das Privileg von 1161 Jan. 29, Betreffs der Uebergabe der Marienabtei (Niedernburg) daselbst. — Zeuge: Landgraf Ludwig.

25

Vor den Thoren Mailands, 1161 Juni 3.

Hdschr.: Or. Perg. (A) und gleichzeitige Kopie auf italienischem Pergament (B) Reichsarchiv München.

Gedr.: Mon. boica 29^a, 359. Stumpf 3905.

— — Huius donationis nostre testes sunt. Pelegrinus Aquileyensis patriarcha. Hillinus^{a)} Treuerensis archiepiscopus. Euerardus^{b)} Babenbergensis episcopus. Cûnradus Augustensis episcopus. Gero Haluerstadensis episcopus. Hermannus Constantiensis episcopus. Fridericus Monasteriensis episcopus. Godefridus^{c)} Traiectensis episcopus. Hermannus Verdensis episcopus. Henricus^{d)} dux Bawarie et Saxonie. Otto comes palatinus et fratres eius Fredericus^{e)} et Ottho. Loduicus^{f)} provincialis comes. Cûnradus^{g)} palatinus comes de Rheno^{h)}. Fredericusⁱ⁾ dux Sveuorum filius regis Cûnradi^{k)}. Henricus^{l)}

35

299. a) Hyllinus B. b) Euerhardus B. c) Godefridus B. d) Henricus B. e) fridericus B. f) Lodvicus B. g) Chûnradus B. h) Rehno B. i) fridericus B. k) Chûnradi B. l) Henricus B.